Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ZAR 322

dedit ei predam domesticis suis et ancilla an
cillis suis Considerauit agrum et emit eum de
fructu manuum suarum plantauit vineam:
Accinxit fortitudine lumbos suos: et robo
rauit brachium suum Gustauit et uidit quia
bona est negociatio eius: non extinguetur
in nocte lucerna eius Manum suam mittit ad
fortia: et digiti eius apprehenderunt fusum:
Manum suam aperuit inopi: et palmas suas
extendit ad pauperem Non timebit domui sue
a frigoribus nimis Omnes enim domestici ei
uestiti duplicibus Stragulatam uestem fecit
sibi. Byssus et purpura indumentum eius
Nobilis in portis uir eius: quando sederit
cum senatoribus terre Sudonem fecit et
uendidit: et cingulum tradidit chananeo For
titudo et decor indumentum eius: et ridebit in
die nouissimo Os suum aperuit sapienie: et lex
clemencie in lingua eius Considerauit semitas
domus sue: et panem otiosa non comedit Sur
rexerunt filii eius et beatissimam predicauerunt
uir eius et laudauerunt eam Multe filie congre
gauerunt diuicias: tu super gressa es universas
Fallax gracia et uana est pulchritudo: mu
lier timens dominum ipsa laudabitur Date ei de
fructu manuum suarum et laudent eam in portis
opera eius Gr. Spe tua Alla Difficile est ꝗ S. matth
Ir. t. Loquente iesu ad turbas: ecce ma
ter eius et fratres stabant foris querentes loqui
ei Dixit autem ei quidam Ecce mater tua
et fratres tui foris stant: querentes te At ipse